

nostrum variis observationibus practicis a celebri populari *Joachimo de Friccius* publice in cathedra defensis perlustravit <sup>4)</sup>. Ita sane est, uti in proemio speciminis inauguralis, *de genuina origine potentatus principum in Imperio S. R. Germanico* <sup>5)</sup> iam olim monuit *Ernestus Joachimus de Westphalen* aeternum decus patriae et Academiae nostrae nec non iurisprudentiae Germanicae, quam disciplinam mirifice auxit et amplificavit, cuius praesidium, illo inter coelites relato, iure quasi hereditario in se recepit illius ex sorore nepos *Joannes Carolus Henricus Dreyer* reipublicae Lubecensis Proto-Syndicus et quondam illustris Ictorum ordinis nostri non proletarium sed honorificum membrum ac praecipua gloria, in quo Viro summo litterae elegantes et humaniores omnes fugientes passim ex iurisprudentiae scholis <sup>6)</sup>, nec non antiqui-

---

4) Tum in programmate, tum in dissertatione ipsa exhibente observationes iuris Holfatici defensa a. d. 10 Maii 1733.

5) editum et defensum est a generosissimo deinde autore sub moderamine celeberrimi *Wildvogel*. Jenae a. d. 26. Jul. 1721.

6) videatur *Christiani Gottlieb Richter* Icti et Antecessoris Lipsiensis oratio; *de intereuntis iuris-*